



Per.
Lat
020

Moderator ephemeridis STEPHANUS SZÉKELY DR.
Budapestini, Üllői-út 71., ad quem epistulae et
□□□□□□ manuscripta mittantur. □□□□□□

Administrator ephemeridis ADALBERTUS DANCZER
Budapestini, VIII., József-körút 48., ad quem
□□□□ pecuniae quaecunque dirigantur. □□□□

Prodit Budapestini Calendis et Idibus cuiusque mensis, excepto Iulio et Augusto. — Pretium annuae subscriptionis: 4 coronae, semestris 2 coronae, extra Hungariam annuae 5 coronae, 5 M., 5 fr. 25 c.

Gallia luget.

XII. Cal. Iun. sol¹ ater¹ surrexit populo Gallico. Hac die ab oppido Issy-les-Moulineaux, Parisiis proximo complura aëroplana subvolabant, certatura pro gloria praemioque itineris, quod Parisiis Madritum constituebatur.

Cum monoplanum aëronautae Train vento corripere, machina cum gubernatore² ipso ventorum ludibrium³ factum est: navigio⁴ delapso rerum⁵ bellicarum⁵ summus⁵ per Galliam praefectus⁵, Berteaux necatus, curatorum⁶ vero



M. Berteaux. M. Monis. M. Blériot. M. Deutsch.

rei⁶ publicae⁶ princeps⁶ Monis graviter sauciatus⁷ est.

Haec calamitas ingens coram⁸ tot centies milibus hominum accidit, qui praeformidine⁹ voce¹⁰ inclusa¹⁰ casum tristissimum cernere,¹¹ mox horrendos clamores¹² ad sidera tollere.¹²

Quae voces tristes ad nos pervolant cum luctu,¹³ dolore, lacrymis. Praeter communitatem¹⁴ illam, qua populi eruditi¹⁵ omnes inter se coniuncti sunt, nos omni tempore


1 sötét nap 2 kormányos 3 játékszer
4 (lég)hajó 5 hadügyminiszter 6 miniszterelnök 7 megsebesít
8 előtt 9 rettegés 10 elfojtott hanggal 11 néz
12 zajt üt 13 gyász 14 közösség 15 művelt

optimos animos¹⁶ in Gallos gerebamus,¹⁶ quorum doloribus semper afflicti,¹⁷ gaudiis semper erecti¹⁸ eramus, quia in tanta humana generis libertate ac progressu primum semper obtinebant locum. Studia¹⁹ nostra nunc, his tam adversis rebus, eo magis sincera²⁰ atque vera sunt, cum populus ille lugeat, cuius sempiterna gloria futura sit heroes²¹ peperisse²² primos et plurimos, quos singulari²³ liberalitate constantiâque ad aërem expugnandum cohortari non desierit.²⁴

Sed etiam in conspectu²⁵ mortis, afflicti¹⁷ et profligati,¹⁷ hoc solatio²⁶ frui possumus, quod — quamquam machina, quâ Train subvolavit, alis fractis, subversa²⁷ iacet — ceterae iam in aëre librantur,²⁸ portantes alis hominem, ad astra ascendentem, qui neque mille periculis circumventus²⁹ consilium³⁰ aëris expugnandi deponet.³⁰

Curatoribus⁶ autem Galliae, qui evectio³¹ aëroplanorum interesse debere putabant pro gloria Galliae, quae aëris ex-

16 érzelmekkel viseltetik 17 lesújt 18 főlemel 19 rokon-szeny 20 őszinte 21 hős 22 szül 23 páratlan 24 desino megszűnik 25 láttára 26 vigasztalás 27 elpusztulva 28 repül 29 körülvesz 30 lemond a tervről 31 felszállás (start)




De pietate antiquorum.

Quanto honore fuerit deorum cultus apud veteres Romanos, multis rebus demonstratur. Sic perpetuum ac memorabile pietatis¹ religiosae¹ exemplum praebuit Romanus quidam, nomine Lucius Albinus. Cum enim Galli urbem Romam cepissent, Albinus iste coniugem et liberos plastro² in pagum³ quendam Etruriae ad cognatos suos vehebat. Iam trans Tiberim atque in monte Ianiculo extra portam erat, cum Virgines Vestales et Flaminem⁴ Quirinalem sacra⁵ e medio hostium

pugnationem ipsa suscepisse videtur, cum fide³² in futuris melioribus hominum positâ, capite³³ demisso³³ vexillum submittimus.³⁴

³² hit ³³ lehajtott fővel ³⁴ meghajt.



De Solone et Croeso.

Solon Atheniensis omnium doctissimus erat. Qui postquam civibus suis leges scripsit, decem annos peregrinatus¹ est, ne leges interea mutarentur.² Nam Atheniensibus ipsis non licebat leges, a Solone scriptas mutare, cum³ iuravissent⁴ se decem annos legibus eius usuros⁵ esse. Solon autem sperabat Athenienses illo temporis⁶ spatio⁶ bonitatem legum ita intellecturos⁷ esse, ut de iis nihil mutare cuperent. Solon ob eam causam multas terras urbesque vidit et mores institutaque⁸ multorum populorum cognovit.

¹ peregrinor utazgat ² változtat ³ mert ⁴ esküszik ⁵ utór él valamivel ⁶ időszak ⁷ megismer ⁸ intézmény

liberata, in locum tutum efferentes aspexit. Praeposuit L. Albinus publicam⁶ religionem⁶ privatae⁷ caritati;⁷ suos descendere iussit plastro, cui tum Virgines Vestales cum sacris imposuit, omissoque⁸ coepto itinere in oppidum Caere pervexit, pedibus⁹ sacra cum suis¹⁰ comitans. Ibi summa veneratione sacra deorum recepta sunt. Quin¹¹ etiam agreste illud et sordidum plastrum cuiuslibet fulgentissimi currus¹² triumphalis¹² gloriam¹³ aequavit,¹³ vel etiam accessit. Inde sollemnitates¹⁴ in cultu divino ad hoc usque tempus caeremoniae vocantur, quia Caeretani sacra in fracto¹⁵ rei publicae statu¹⁵ perinde¹⁶ ac in florente coluerunt.

Venusinus.

¹ vallásos jámborság ² parasztszekér ³ falu ⁴ pap ⁵ szentség, «istenség» ⁶ vallási kötelesség ⁷ családi szeretet ⁸ abbahagy ⁹ gyalog ¹⁰ övéivel ¹¹ sőt ¹² diadalkoeci ¹³ dicsőségben fölé ¹⁴ ünnepi szertartások ¹⁵ elnyomorodott állapot ¹⁶ épen úgy.

Solon in peregrinatione ad Croesum, opulentissimum⁹ illum Lydiae regem venit, a quo hospitaliter¹⁰ exceptus est. Tertio aut quarto die, postquam vir ille sapientissimus advenit, Croesus hospitem a ministris¹¹ circumduci eique omnes opes,¹² quas habebat, ostendi¹³ iussit.

Quas cum spectasset et magnā admiratione contemplatus¹⁴ esset, rursus¹⁵ ad regem se¹⁶ contulit,¹⁶ qui cum eo colloqui¹⁷ cupiebat. Tum Croesus: Hospes Atheniensis, — inquit — te sapientem virum esse et multas terras vidisse dicunt; dic mihi, quem omnium¹⁸ hominum¹⁸ tu felicissimum inveneris? Croesus autem putavit se omnium hominum felicissimum esse.

At Solon sine ulla adulatione¹⁹: Felicissimum, inquit, vidi Tellum Atheniensem. Hoc responsum miratus Croesus eum interrogavit, cur Tellum felicissimum esse existimaret.

Tellus, — inquit Solon — cui satis magnae opes¹² erant, ut commode²⁰ vivere posset, filios habuit bonos honestosque. Idem splendidissime vitā²¹ decessit;²¹ nam in proelio fortiter pugnans, cum hostes in²² fugam²² vertisset,²² cecidit et eodem loco, quo ceciderat, ab Atheniensibus honorificentissime sepultus est.

Verba publica.


Principibus²³ viris placuisse²⁴ non ultima laus est. — Pro aris²⁵ et focus²⁶ dimicare. — Procul²⁷ a Iove, procul a fulmine. — Procul negotiis.²⁸ — Pro domo.²⁹ — Propria laus³⁰ sordet.³¹ — Proximus esto bonis,³² si non potes optimus esse. — Pulvis³³ et umbra³⁴ sumus. — Qualis rex, talis grex.³⁵ — Qualis vir, talis oratio. — Quamvis³⁶ sint sub aquā, sub aquā maledicere³⁷ temptant.³⁸ — Quasi re³⁹ bene gesta.³⁹ — Quem superare potes, interdum⁴⁰ vince ferendo,⁴¹ nam stultum est petere, quod possit iure⁴² negari.

⁹ gazdag ¹⁰ vendégszeretőleg ¹¹ szolgál ¹² kincs
¹³ mutat ¹⁴ szemlél ¹⁵ ismét ¹⁶ me confero megy
¹⁷ beszélget ¹⁸ minden ember között ¹⁹ hizelgés
²⁰ kényelmesen ²¹ meghal ²² megszalaszt ²³ kiváló
²⁴ tetszik ²⁵ ara oltár ²⁶ focus tűzhely ²⁷ távol
²⁸ közügy ²⁹ arról mondják, aki saját érdekében
beszél ³⁰ dicséret ³¹ szagos ³² a jókhoz ³³ por
³⁴ árnyék ³⁵ «Milyen az úr, olyan a szolgája» ³⁶ ámbár
³⁷ szitkozódik ³⁸ próbál (t. i. a békák) ³⁹ rem gero
hadakozik, tulajdonképen: végzi a dolgát. «Mint aki jól
végezte dolgát» ⁴⁰ néha ⁴¹ azzal, hogy türöd ⁴² joggal.



GEOGRAPHICA.

Quoties oblectabantur oculi nostri, cum in¹ aperta¹ prodientes vel peregre² proficiscentes aquas de montibus cadentes videbamus! Aqua strepens³ sonu motuque suo est verissima vitae imago. Quam ob rem nobis, aquas cadentes intuentibus⁴ pauca visū iucundiora esse possunt. Et quamquam naturae admiratores has amoenitates⁵ integras⁶ servari cupiunt, magistri⁷ tamen artis⁷ construendi⁷ et negotiatores⁸



vires naturae in usum humanum cogere properant. Hoc non est mirum, quia his aquis, gratuito⁹ oblatis cari carbones¹⁰ pretio minimo compensantur,¹¹ quod in opera¹² atque quaestu¹² res maximi¹³ momenti¹³ est, cui omnes naturae amoenitates parere debent. Sic etiam aquae cadentes nunquam astringuntur,¹⁴ immo disturbantur.¹⁵

Maanelv est fluvius Norvegiae, quo cadente decursus¹⁶ aquae efficitur, cui nomen est *Rjukanfos* («decursus fumans»).

Quale hoc naturae miraculum fuerit et quale nunc sit, cum ad machinamenta¹⁷ movenda cogatur — in pictura videtis.

1 a szabadba 2 vidékre 3 zúg 4 szemlél
5 szépség 6 épségben 7 mérnök 8 vállalkozó
9 ingyen 10 szén 11 helyettesít 12 ipar, kereskedelem
13 igen fontos 14 csökkent 15 elront 16 esés
17 gépezet.



Duae calamitates,¹ Parisianae similes, nobis allatae sunt: altera in Russiae urbe Kursk excitabatur, ubi certamina volandi parabantur. Aëronauta quidem demisse² volando³ confertae³ spectantium multitudini allidebatur,⁴ qua re capita complurium amputata⁵ sunt. Centum et quadraginta vulnerati, sex necati esse perhibentur.⁶ Casus gravis vitio gubernaculi⁷ accidisse nuntiatur.

Alterum malum Augustae⁸ Vindelicorum⁸ confectum est, ubi Schwandt aëronauta post multa tentamina⁹ irrita⁹ denique in aërem sublatus aliquoties¹⁰ belle¹¹ circumagebatur.¹² Sed ultimo circumactū¹³ gubernaculo⁷ deficiente¹⁴ machina spectantibus allisa est. Aëroplano delapso fabri¹⁵ cuiusdam uxoris caput discussum,¹⁶ duo viri graviter sauciati¹⁷ sunt.

Georgius, rex Britanniae propediem¹⁸ insignibus¹⁹ regiis¹⁹ exornabitur.¹⁹ Ne hac occasione quisquam navigio per aëra vehatur, lege sancietur,²⁰ quia providendum²¹ est, ne quis malus subvolet, qui tela aliave pernicio²² demittat.

Pierre-Marie et Dupuy aëroplano Remis²³ subvolaverunt, sed navigium vento ictum²⁴ evertēbatur.²⁵ Aëroplani benzinum ignem comprehendit et navigium tum flammis conceptis deiectum est. Dupuy ad carbonem²⁶ adustus,²⁶ Pierre-Marie vulneribus acceptis periit.

¹ szerencsétlenségnek a híre ² alacsonyabban repül
³ sűrű ⁴ nekivágódik ⁵ levág ⁶ hírül hoz ⁷ kormány-
készülék ⁸ Augsburg ⁹ hiábavaló kísérlet ¹⁰ néhány-
szor ¹¹ szépen ¹² megfordul ¹³ forduló ¹⁴ meg-
tagadja a szolgálatot ¹⁵ iparos ¹⁶ szétzúz ¹⁷ meg-
sebesít ¹⁸ legközelebb ¹⁹ megkoronáz ²⁰ megállapít
²¹ gondoskodik ²² veszedelmes dolgok ²³ Remi
orum Reims ²⁴ elkap ²⁵ felfordul ²⁶ szénég.



**Gentium¹ delecti¹ Olympiis¹ adornandis¹ ad consilium XIII. Budapestinum con-
venerunt. Patronus² consilii erat rex noster
grandaevus,³ cuius vice⁴ Iosephus archidux
fungebatur.⁴ Delecti⁵ ex his terris aderant:
Aegyptus, America Septentrionalis, Austria,
Belgica, Britannia, Finnia, Gallia, Ger-
mania, Helvetia, Hungaria, Italia, Lucibur-
gum,⁶ Monoecium⁷, Norvegia, Russia, Suecia,⁸
Turcia. In consilio, cui Petrus e baronibus
Coubertin, Gallus praeerat, de iis agere⁹
placuit, quae ad Olympia¹⁰ Holmiensia¹¹
administranda¹² necessaria viderentur.**

Hospites nobilissimi nomine regis a
Iosepho archiduce in regia¹³ epulis¹⁴ sol-
lemnibus excipiebantur; deinde ad hono-
rem eorum Khuen-Héderváry comes, cura-
torum¹⁵ rei¹⁵ Hungaricae¹⁵ princeps,¹⁵ tum
socii Circuli Athletarum Hungaricorum,
denique cives Urbis¹⁶ cenam apparitissi-
mam instruxerunt.

¹ nemzetközi olimpiai bizottság ² védő ³ öreg
⁴ helyettesít ⁵ bizottsági tag ⁶ Luxemburg ⁷ Monaco
⁸ Svédország ⁹ tárgyal ¹⁰ Olympia-, orum olympiai
versenyek ¹¹ stockholmi ¹² rendez ¹³ királyi palota
¹⁴ lakoma ¹⁵ miniszterelnök ¹⁶ főváros.



**Constantinopoli a societate¹ hominibus¹
servandis¹ Budapestinensi gubernatoribus²
rei³ Turcicae³ rogantibus societas similis
instituta est. Ad quam rem perficiendam
duce E. Andrassy comite duo socii Con-
stantinopolim profecti sunt, ut Turcos artem
servandi docerent. Nuperrime prima statio⁴
auxilii⁴ ferendi publico⁵ tradita est.**

¹ mentő-társaság ² kormány ³ Törökország
⁴ mentőállomás ⁵ nyilvánosság

Desiderius e baronibus *Bánffy*, summi⁶ consilii,⁶ mox curatorum⁷ rei Hungaricae quondam princeps⁸ annum agens sexagesimum octavum mortuus est. Vir ille, qui per omnes gradus honorum ad summum fastigium⁹ evehctus est, nunquam aliud spectabat, nisi patriae salutem.



Iustus erat et propositi¹⁰ tenax, cuius mortem omnes Hungari deplorant.

In pago Seppenrade in lacu vicino magister cum septem discipulis lavantibus¹¹ aquis¹² haustus est.¹²

Classis nostra brevi tempore navibus¹³ longis¹³ instruetur, quales a civitatibus,¹⁴ mari potentissimis iam pridem aedificabantur. Haec navigia duodecim magnis tormentis¹⁵ armata sunt, quibus globi¹⁶ ferrei¹⁶ quadringentorum et viginti chiliogrammatum complura milia passuum mitti¹⁷ possint.

Monstra¹⁸ illa natantia laminis¹⁹ chalybeis²⁰ obducuntur,²¹ ne telis²² hostium detrimenta²³ capiant; ingentissimis machinis quam celerime moventur. Quia tam solide firmeque munita sunt, a Britannis «Dreadnought» nominantur, quod latine «nihil extimesce» valet.²⁴

Singulae naves sexcentis centenis milibus²⁵ coronarum constant,²⁶ pluris quam cuncta Carthaginiensium classis.

Navi nostrae, quae Id. Iun. navalibus²⁷ exitura est, nomen «Viribus Unitis» inditum est.

Orandum est, ut emolumenta²⁸ pacis nobis sempiterna²⁹ maneat, ne harum navium defensione indigeamus.³⁰

R. Zhernotta.

Ferdinandus Miklós discipulus est VI. classis gymnasii VIII. regionis Budapestinensis, cuius pater, operarius³¹ pauper, iam complures annos ob valetudinem imbecil-

lam³² lectulo³³ affixus,³³ sine ullo quaestu³⁴ vitam agit. Filius, quamquam corpore invalido, quoquo modo suis victum³⁵ quaerebat, sed labore immodico³⁶ denique et ipse aegrotare coepit. Condiscipuli, qui puerum modestum valde amabant, litteris ad ephemeridem «Esti Ujság» missis effecerunt, ut in commodum³⁷ amici collatio³⁸ publica fieret. Hoc modo circiter quinque milia coronarum conquisita sunt, quibus familiae egentis subvenietur.³⁹ Quod factum non indiget⁴⁰ laude, laudantur illo et amici, qui pauperi amico non⁴¹ defuerunt,⁴¹ laudantur et ii, qui inopibus succurrerunt³⁹ donis oblatis.

6 országgyűlés 7 miniszter 8 elnök 9 méltóság
10 állhatatos 11 fürdik 12 megfűl 13 hadihajó 14 állam 15 ágyu 16 golyó 17 kiló 18 szörny 19 lemez
20 acél- 21 bevon 22 löveg 23 kár 24 jelent 25 60,000,000
26 kerül 27 hajógyár 28 áldás 29 örök 30 rászorul
31 munkás 32 gyenge 33 ágyban fekvő 34 kereset
35 élelem 36 túlságos 37 javára 38 gyűjtés 39 segít
40 szorul 41 segítségére van.

Quo vadis? VII.

Ad fabulam *Henrici Sienkiewiczii* latine scripsit *Adalbertus Danczer*.

Ursus a nullo retentus sine cuiusquam suspicione¹ per porticus puellam in cubiculum Actes transtulit, ubi lacrimis obortis² singultans³ servum suum fidelissimum obsecrare⁴ coepit, ut se quam primum domum ad Auñum el Pomponiam ferret. Ursus, qui ne vitam quidem pro filia regis sui profunderere⁵ recusabat, se ad hoc quoque paratum esse ait.

Sed Acte puellae nec non Urso demonstrata fugam e domo imperatoris crimen⁶ esse laesae⁶ maiestatis,⁶ ob quam sine dubio ultimum⁷ supplicium⁷ Plautio indiceretur.

Lygia, cui in summa desperatione inter suam Plautiique perniciem⁸ eligendi optio⁹ data erat, nunc tantummodo miraculo quodam confisa salutem sperare poterat.

— Audistine Acte — interrogavit puella desperata libertam Neronis — me a Caesare

1 gyanú 2 megárad 3 zokog 4 kérlel 5 feláldoz
6 felségsértés 7 halálos ítélet 8 veszte 9 szabad választás

dono esse datam Vinicio, qui hodie sub vesperum me in domum suam portari iubebit?

— Omnia audiui — respondit Acte.

Urso, qui vix lacrimas dominae suae ferre poterat, nunc gratissimum¹⁰ fuit¹⁰ in triclinium se proripere et Vinicium atque ipsum

Caesarem suffocare.¹¹



Sed Lygiā deprecante¹² ambo in¹³ genua¹³ procubuerunt¹³ et manibus ad coelum elevatis ardentissimis animis deum precabantur, ut sibi auxilium praeberet.

Acte, specie¹⁴ tali, nunc primum ei oblata,

vehementissime commota¹⁵ spectabat puellam christianam: non diu se amplexu lacrimisque continere poterat...

Dum Lygia et Ursus de variis fugae facultatibus¹⁶ inter se disserunt, puellae repente in mentem venit, Vinicium heri inter pocula prodidisse,¹⁷ se ipsam vesperi in domum suam esse abducturum.

His verbis auditis servo fidelissimo aliqua affulsit,¹⁸ et statim Lygiae in itinere e lectica eripiendae liberandaeque consilium¹⁹ cepit.¹⁹

Quod quo facilius perficere posset, ilico ad Linum episcopum²⁰ se²¹ contulit,²¹ ut christianos quam plurimos sibi vespere subsidio²² mitteret. Erant praeterea et ipsi multi amici ac familiares inter Suburae²³ incolas, quos precibus²⁴ suis nullo modo defuturos²⁴ esse persuasum habebat.

Lygia et Acte interim dormitum se recipiebant.

Acte curis magis, quam Lygia sollicitata²⁵ neutique²⁶ somnum capere poterat et non potuit non admirari puellam christianam placide²⁷ dormientem...

Iamque dies²⁸ mediam²⁸ exegerat²⁸ horam,²⁸ cum Lygia refecta somno experrecta²⁹ est.

Ambae cubiculo relicto in hortos Caesarios se contulerunt, ubi ambulando et colloquendo diem totum agebant.

Cum advesperavisset Acte et Lygia atrium repeterunt. Servi iam lucernas apportabant,³⁰ cum repente aulaeo³¹ atrii remoto vir altā staturā nigrisque capillis apparuit. Atacinus erat, libertus Vinicii, quem Lygia iam e domo Auli bene noverat.

— Salve diva Lygia — ait. — Salutem C. Vinicii tibi nuntio, qui te in domo suā, floribus splendidissime exornatā expectat.

Puellae labra³² expallescebant.³³

— Venio — respondit Lygia, manibus colum Actes amplexa eique valedicens.

Vicinius interea impatienter exspectavit Lygiam, quae angore³⁴ confecta³⁴ lecticā vehebatur, quam servi cum lanternis³⁵ et facibus³⁶ cingebant.

Agmen³⁷ lente³⁸ incedebat, quia undique e semitis³⁹ et angiportibus³⁹ terni-quaterni viri prorepentes⁴⁰ viam paene totam praecludebant. Frustra clamitabant servi: Viam Caio Vinicio, nobili tribuno!

Lygia aulaeo⁴¹ lecticae remoto agnovit Ursum cum Christianis. Repente clamor audiri. Lumina⁴² exstingui, pugna acerrima oriri. Quod sequebatur, puella torpens⁴³ nec videre, nec audire potuit. Non audivit ultima suspiria⁴⁴ morientium, non vidit cadavera servorum. Non sensit se ab Urso in Suburam ablatam, vindices⁴⁵ christianos multifariam⁴⁶ dispersos⁴⁷ esse.

Servi superstites interea ante domum Vinicii deliberabant, quis domino nuntiare auderet, quid factum esset. Denique Gulo Germanus, qui quondam Vinicium infantem manibus gestabat, munus difficile subiit.⁴⁸

Vinicium exsiluit,⁴⁹ cum servos sine Lygia intrare videret.

10 legkellemesebb lett *volna* 11 megfojt 12 kérésére
13 térdre borul 14 látvány 15 megindul 16 lehetőség
17 elárul 18 felcsillan 19 elhatároz 20 püspök
21 megy 22 segítségül 23 egy utca Rómában, melyben a legalsóbbrendű nép lakott 24 kérését megtagadja 25 nyugtalanít 26 semmiképen 27 nyugodtan
28 dél felé jár az idő 29 felébred 30 lámpa 31 függöny
32 ajak 33 elsápad 34 az aggodalomtól leverve 35 lámpás 36 fáklya 37 csapat 38 lassan 39 mellék- és zsákutca 40 előbuvik 41 függöny 42 világítás 43 alélt
44 sóhaj 45 megmentő 46 sokféle 47 elszéled 48 elvállal 49 fölugrik



— Ubi est Lygia? vociferabatur⁵⁰ iuvenis. Gulo facie sanguinea tremens processit et voce lamentabili: Ecce sanguis, domine, — inquit — nos restitimus, sed illi multi erant. Plura proder⁵¹ non potuit. Vinicius, ferae similis conclamans, candelabro⁵² arrepto caput miseri servi elisit.⁵³

Domus, quae sollemniter exornata dominam exspectabat, nunc locus tristitiae facta est, ubi ad mane⁵⁴ gemitus fletusque servorum cruciatorum⁵⁵ resonabant.⁵⁶

50 fölkiált 51 elmond 52 gyertyatartó 53 szétzúz
54 reggel 55 kinez 56 visszhangzik.

erat, constitit ante Petrum, quem interrogavit, an petasus capiti agglutinat¹⁶ esset et ei petasum detraxit.¹³ Illico² passer avolavit. Magister cum aliis, qui rem videbant, risit, Petrus autem erubuit.¹⁷

Ex eo tempore nomen *Petrus passer* ei inditum est et si quis seniore^m non salutavit, audiebatur: Fortasse etiam hic passerem tenet sub petaso.

I. Ébel.

1 arculütés 2 legott 3 lovacska 4 nyereg 5 megfordítva 6 gáncsol 7 ecset 8 arc 9 vessző 10 veréb
11 kalap 12 szembe 13 megemel 14 nevelés 15 szintén
16 odaragaszt 17 elpirul.



I. Discipulus (*iratus ad alterum*): Si non taces, alapam¹ tibi dabo.

II. Discipulus. Da, si audes! (*Confestim² alapam accepit.*)

I. Sed aude iterum! (*Accepit alapam alteram.*)

II. Hoc non crediderim, amice.
G. V. Koudela.

Pater filio equulum³ emit, quo puer maxime gavisus est. Cum autem sellam⁴ equulo perverse⁵ imposuisset, a suis vituperatus⁶ est.

— Cur me vituperatis? Nescitis, quo equitaturus sim.
I. Dicenty.


Magister. Quid dixi?

Discipulus. Pictorem penicillo⁷ facile vultum⁸ ridentis in vultum flentis mutare posse.

Magister. Recte; sed tu quid dixisti vicino tuo?

Discipulus. Dixi patrem hoc non penicillo, sed virgā⁹ facilius efficere posse.
N. Szegedy.

Petrus passerem¹⁰ cepit, quem petaso¹¹ supposuit, quia alius ei locus deerat. Neminem eorum, qui obviam¹² venerunt, salutavit, ne petasum levare¹³ cogeretur. Haec res a plurimis eruditioni¹⁴ malae tribuebatur. Denique obviam venit ei magister, quem item¹⁵ non salutavit. Sed hic vir iocosus



I.

SOL . . . OL . . L . . .

G. Totis.

II.

— Quot annos natus es?
— Post octo annos duplo grandior¹ natu¹ ero, quam fui septem annis ante. Nunc computare² potes, quot annos natus sim.
X. Bernátovics.

III.

E tribus syllabis constat vocabulum. Prima est praepositio, secunda est anni tempus, tertia est animal quadrupes, sordidum, sed coctum grati³ saporis;³ totum est praepositio. Quaenam est?
L. Indre.

IV.

Recte suppleantur huius sententiae litterae, quarum loci punctis designati sunt!
«S . t p . . er a . p . . nas p . . nceps, . d pr . . mia v . . ox.»
B. Nagy.

V.

In urbe quaedam anno 1882. numerabantur 14572 incolae, anno 1890 autem 16935. Si incolarum numerus eadem ratione crescit, quot incolas habebit haec urbs anno 1912?
S. Uhle.

1 idősebb 2 kiszámít 3 jóízű.

VI.

Omnium afficit
Ortus¹ mei laetitiā,
Occasus² maestitiā³
Hominum praecordiā.⁴

C. Terts.

VII.

Imus, Igni, Et, Nocte
Girum,⁵ In, Consumimur.⁶

Haec vocabula ita ordinentur, ut a dextra
ad sinistram et inversum⁷ lecta hexametrum
eundem efficiant.

C. Terts.

VIII.



Primae litterae horum nominum ad equi
motum lectae, verbum publicum efficiunt.

¹ kelte ² nyugta ³ szomorúság ⁴ szív ⁵ girus
kör ⁶ elpusztít ⁷ megfordítva.

Solutiones aenigmatum numeri 18.

I. Magnus	Multus	Levis
Alius	Amor	Amitto
Nudo	Notus	Vacuus
Ultimus	Ullus	Antiquus
Siccus	Mors	Tardus.

II. Illud distichon dextrorsum sinistrorsumve lec-
tum idem est. — III. Apis, avus, avis, pus, is, s. —
IV. Uterque sena poma habuit. — Somnus, sonus. —
VI. Vox repercussa. — VII. Nemo ante mortem beatus.

Aenigmata recte dissolverunt: M. Broust (Angers),
L. Éder, Elisabetha Flatt, I. Fouyé (Orléans), I. Gourin
(Angers), Z. Grosz, I. Gyurovics, E. Haas, T. Holló, L.
Irsik, P. F. Jansen (Friburgi in Helvetia), A. Manovill,

A. Márta, P. Pataki, P. C. Peltenburg (Lugduni Bata-
vorum), A. Révffy, F. Seidl (Graetium), E. Strecke,
N. Szegedy, I. Szendefi, Gisella Tarczay, fratres Totis,
F. Vámos, I. Vizi, St. Wladimir, L. Zoufaly.

Praemium Ladislao Irsik adiudicatum est.

Libri ad usum discipulorum conscripti
nobis missi sunt, quos nunc anno scholae
exeunte omnibus commendare possumus:
A magyar tanulóifjúság zsebkönyve,
főleg érettségire készülő ifjak szá-
mára. Szerkesztette: Somló Károly. Ára
1 korona. Kapható *Losoncon*, Kármán Zsig-
mond könyvkereskedésében. — **Devoirs**
de Vacances par H. Muffang, I. Bonnet,
Gaudier, C. Piet, I. Tourriol. *Angers* (France),
Librairie Germain & G. Grassin, 60 Centi-
mes. (Libelli, quibus disciplinae, quae in
gymnasiis scholisque realium tractari solent,
accurate ordinateque continentur. Materia
cuiusque libelli in singulos dies distributa
est. Iucundiora utilioraque temporis feriarum
haud invenias.) — **Harry Dee**, regény
az amerikai ifjúság életéből. Irta: F. Finn,
fordította az esztergomi növendékpapság
magyar egyházirodalmi iskolája. *Esztergom*.
Ára 3 korona.



F. Gallet (Parisiis), Iuventus Gallica tam frequens
ad IUVENTUTEM congregantur, ut nobis in animo
sit proximo anno scholastico ephemeridem nostram
Gallicis quoque notis edere. Quod tibi amicisque tuis
iucundum fore putamus. — *Ignotus*. Eiusmodi aenigma
imaginibus expressum editur. — *Victor M.* Alterum
longiusculum est pro *Salse Dictis*; alterum non satis
facetum. — *G. Péteri*. In aenigmatibus fingendis varietati
studeas. — *St. Wladimir*. Tuo occasione oblata
utemur. — *Iosephus Sz.* Tarde venisti. — *Pictura cor-
recta*. Proxime vulgabitur. — *C. Terts* (Constanti-
nopolis). E tuis sententiis eximiis aliquot inseram.
Gratias. — *N. Szegedy*. Recte aenigma excogitasti, sed
etiam delineare debuisti. — *L. Poic*. Tuo fortasse
utemur. — *G. Pálffy*. Non satis mihi liquet. — *Petrus*.
Cal. Mai. IUVENTUS non prodiit, quia numerus prior
duplex erat.

Sumptibus moderatorum ephemeridis: Magyar
Középiskola.